Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39939
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Ter

seruitutis bonum Qui dat iumentis escam ipsorum
et pullis corvorum inuocantibus eum Non in
fortitudine equi voluntatem habebit/ neq; in tibijs
viri beneplacitum erit ei Beneplacitum est domino
super timentes eum/ et in eis qui sperant super mise=
ricordia eius Gloria patri et filio ꝛc

Laude Jerusalem dnm/ laude deu tuum sion.
Quoniam confortauit seras portarum tuarum/
benedixit filijs tuis in te Qui posuit fines
tuos pacem/ et adipe frumenti saciat te Qui
emittit eloquium suum terre/ velociter currit sermo
eius Qui dat niuem sicut lanam/ nebulam sicut cinere
spargit Qui mittit crystallum suam sicut buccellas/ ante
faciem frigoris eius quis sustinebit? Qui mittet verbum
suum et liquefaciet ea/ flabit spus et fluent aquae
Qui annunciat verbum suum iacob/ iustitias et iudicia
sua israhel Non fecit taliter omni nacioni/ et iudicia
sua non manifestabit eis Gloria patri ꝛc

Sup et tollette hnt
in missalibus :